



*Quod DEUS Prosperet,*  
IN ACADEMIA ABOENSI  
DISCURSUM SUBSECUTURUM

<sup>D E</sup>  
**JURE SACRO**

SVEO-GOTHIS

**Kyrke-Ordning**

*Nuncupato:*

Die 13. Decemb. A. current: 1648,

*Auspicio & moderamine*  
*Viri Amplissimi ac Celeberrimi,*

**M. MICHAELIS O. VVEXIONII**  
Jurium, Polit: & Histor. Professoris Ordin: Præceptoris ac promotoris maximâ observantiâ perpetim honorandi, colendi, amandi:

*Publicè In Exereitium proponit*

**JOHANN: GARTZIUS ARBOG.**

*In Justinianus in Pr. Novel: 123. ex Editione Haloandrina:*

Si leges, quarum posestatem fidei nostræ Deus pro suo erga homines amore coneredit, per omnia firmas ac stabiles conservari ad subëitorum securitatem studemus; quantò plus studii debemus circa sacrarum regularum & Divinarum legum observationem reponere, quæ pro salute animarum nostrarum desinitæ ac constitutæ sunt?

**A B O Æ,**

*Imprimbas Petrus Wald/ Acad. Typogr. Anno 1648.*



*Reverendis, Consultis, Experientis, Claris, atq; Excellentissimis,*  
**Dn., PROFESSORIBUS**  
 Præceptoribus ac promotoribus summo honoris cul-  
 tu, semper prosequendis:

NEONON

*Amplissimis, prudentissimis, integerrimis ac spectatissimis*  
**Dn. Consulibus ac Senatoribus,**  
 Dominis ac fautoribus meis itidem magnis;  
*Geminisq; adeò Inclytæ Civitatis Aboënsis*  
**SENATUI**

S. P. P.

**S**ub felici Senatum vestrorum auspicio, Patroni & Mecænes, specimen hoc meum qualecunq; in publicum prodire volui, tum, ut animi mei gratitudinẽ etiã erga RR. DD. EE. AA. q; VV. quarum benignitatem hisce Octo annis, quibus hic loci Musis pensum solveram, re ipsa expertus sum, hoc saltem pacto, cum aliter, nunc quidem, non possim, declararem; tum ut publicum aliquod exstaret monumẽtum, quo, in hisce borealibus locis me tantisper vixisse probarem voluisseq; proficere modestẽ evincerem. Benevolẽ igitur hoc quidquid est otij, ut suscipiatis, meq; in favore vestro deinceps quoq; esse patiamini, quã possũ humilimẽ obnixẽq; oro, Deumq; precor ut RR. DD. EE. AA. VV. Ecclesiæ & reipub. incolumes ac florentes diu servet & tueatur. *Aboe 5. Cal. Decemb. An. 1648.*

RR, DD, EE. AA. q; VV.

Debitã Observantiã, modestiã & bsequoio Addicissimus

**JOHANN: GARTZIUS**

Aut. & R.





DISCURSUS IURIDICUS

DE

IURE SACRO

ASSERTIO I.

**J**uris Canonici studiosum in primis scire oportet quid sit? *a)* quod ex definitione, causis *b)* speciebus, & *c)* objectis in evidenti eris: Est *a.* jus Canonicum quod Civium actiones ad finem aeternae beatitudinis dirigit, *c)* Hinc ut Juris Civilis principia sunt natura, recta ratio & ratiocinatio, *d)* Sic fons & norma Juris Canonici est & revera esse debet: sana de summa Trinitate & fide Christiana doctrina. *e)* scriptis Prophetiis & Apostolicis comprehensa. *f)*

*a)* Arg: L. 1. ff. de iust. & J. L. 2. §. 43. de ori. J.

*b)* Arist: 1. post: & 1. phys.

*c)* Paulus Lancell. in pr. instit: can: v. est *a.*

*d)* L. 1. §. 2. ff. de iust. & iure. §. 4. inst. eod.

*e)* Dist. 8. & 9. *f)* Nov. 131. Dist. 16.

2. *Quemadmodum finis juris Civilis intendit hominem in bonum commune civiliter & temporaliter* *g)* Ita jus Can: superaddit expectationem futurae vitae aeternae mediante fide & charitate *h)* per directionem actionum Christiani hominis secundum voluntatem Dei *i)* auctoritate summi magistratus qui utriusq; tabula custos audit.

Cuius item officium sit Ecclesiae iudicia & decreta tueri, & subditos ad religionis Ordinantiaq; Ecclesiasticae observationem compellere; ut quos doctrinae & exhortatio sacerdotum. coarctatioq; ecclesiastica non emendat, hi metu gladii, aliorumq; suppliciorum, a delictis & impietate deterreantur. *k)*

g) Justinianus: in sua Conf. Instit. §. & passim.

h) Farnesum: in inscrip: proam: Deoro: Conf:

Præfat: ad L. G: Ord: Eccles: Effex §. R. III. och wel weet hurus  
ledes Konungsligit embete kräfwet icke alle iust ther/ at §.  
R. III. skall hafwa omwårdnat och omsorg om werzlige sa-  
ker / och sina Underfätares timlige gagn och besta/ vthan jems  
wel hvadh som höeret til Gudsdomligh ätro/ och samma sine  
Underfätares ewigha gagn och besta: Conf: c. 13. Kirk. B. p. 3.  
Warder man i förbudh etc. Wil han sig ey rettan så ägher Bes-  
nunger öfwer han medh Swerde recta.

i) Gloss, Bartol, ad Inst. Paul, Lancoll: r. 1.

f) Can, principes & 2 Secq, 23. q. 5. d. c. 13. Byrf.

3. *Species eadem juris Canonici, quæ juris Civilis  
videlicet scriptum & non scriptum: l) Ad scriptum  
Præter jus Divinum, (Quod in lege continetur  
Mosaica & appellatur quandoq; jus naturale m)  
& Evangelio n) referuntur constitutiones Eccle-  
siastica tam Generales quæ in concilijs Ecclesiasticis  
Oecumenicis ac universalibus promulgantur o) qui-  
bus Decreta Pontificum in terris, uti vocant, Ecclesia  
æquipollent p) quàm Speciales quæ in concilijs pro-  
vincialibus, Episcopalibus q) & alijs conventibus  
Clericorum indicuntur. Ad non scriptum jus con-  
suetudines pertinent r)*

l) distinct. 1. c. 2. 3. 4. Dist. 11. c. Ecc. 5.

m) dist. 1. c. 1. n) Pr. Inst. de Jure divin. & Conf.

o) dist. 15. & 16, tt, prin, instit, de Eccl, const.

p) dist. 20, in pr, & dist. 19, per tot.

q) dist. 15, c, canones. 1,

r) dist. 1. c. mos est. c, Consuetudo in pr.

4. Sicut initium tractationis juris privati, nec non  
publici optimè, ducitur à jure personarum, quæ rebus sunt  
digni-



digniores & preciosiores (I) Parum enim est jus nosse, si  
persona quarum causa constitutum est ignorentur (II) Sic fa-  
ciam impræsentiarum; ac quemadmodum cum de jure  
privato ac publico differitur hæc divisio personarum  
frequens est, quæ aliæ dicuntur *habere potestatem*, aliæ  
verò *esse eidem potestati subjecta* (III) eodem modo hic di-  
cendum est potestatem quandam esse Sacram cui alij  
subditi sunt sive Clerici sive Laici, sive *Regulares*. (I)

(I) L. 2. ff. de st. hom. L. in servo: 10. de pœnis.

(II) §. fin. Inst. de J. N. G. & C.

(III) Inst. De his qui sunt sui vel al. juris, in pr.

(I) C: duo sunt 12. q. 1.

f. Sunt autem Clericorum ut gradus & dignitates  
u) sic & nomina & officia varia. In celsissimo  
gradu de J. Rom. est Pontifex Rom. v) q: pontem  
faciens ad vitam eternam, w) veriùs ad gehennam.  
Hic vulgo Papa dicitur x) qui non veretur maligno  
pretextu utrumq; gladium temporalem & spirituale  
sibi vindicare. y) Hunc sequuntur Cardinales à  
cardine i. e. negotij summa sic appellati, qui electi sunt  
ut in regenda Ecclesia & gravissimis quibusdam ejus  
negotijs instar Senatorum sancto suo Patri assistant z)  
Patriarchæ (à patribus V. T.) tertio ponuntur lo-  
co à) qui quatuor recensentur sedium duntaxat  
excellentiâ differentes, Constantinopolitanus, Alexan-  
drinus, Antiochenus & Hierosolymitanus d) qui cum  
primatibus & primarum sedium moderatoribus e) sub  
se habent Archiepiscopos qui singulis provincijs &

multis Episcopis praesunt i) appellantur aliis Metro-  
 politani, quod eorum sedes in aliqua metropoli & pra-  
 cipua quadam urbe constitui soleat. ii) Quia ratione Maiores  
 nostri qui Pontificae religioni dudum renunciarunt Archiepiscopo, & nostrae  
 Ecclesiae Praesidi Ubisiam (quae universo olim imperio imperabat.) affu-  
 gnarunt.

ii) dist. 21. c. 1.

ii) Dist. 23. c. in nomine. d. 22. c. omnes 1.

iii) Alciat, in L. Tabernae 183. num: 3, ff. de verb. sign.

iv) dist. 40. c. si Papa 6.

v) c. 1, de majorit: & obediēt, in Extrav. Com.

vi) c. Fundamenta 17, §, decet namq; De Elect, in 6.

vii) dist. 21, c. 1. a) C. Constantinop. & c. seqq. dist. 22.

viii) dist. 99, c. 1, & c. nulli. ix. Q. 3. i) dist. 21, c. 1.

ix) c. pastorales De officio Jud: ord.

6. Archiepiscopi utrobique praesunt Episcopis, dicti  
 quasi speculatores & inspectores, eo quod cura eorum  
 sit gregis Dei observationem habere. A) fuerunt  
 olim quidam sub eis in imp: R. Episcopi ex eo appellati,  
 quod certa alicui Diocesis parti, praepositi essent, ejuſq;  
 partis essent veluti Episcopi, sed eorum usus postea ex-  
 spiravit: b) Cura tamen animarum apud nos sub Epi-  
 scopis & superintendentibus (qui ab Episcopis, qua  
 Ecclesiasticam potestatem nihil differunt c.) ad quosda  
 digniores presbyteros translata est; nempe Districtuum  
 Praepositos d) quibus inferiores sunt Pastores e) his  
 tanquam patribus familias obsecundant Communi-  
 stri & Sacellani; quorum officia strictè ex Ord. Eccl.  
 Ideà Boni Ord. Adm: R. D. D. Job. Matt: Streg:

Baa-



Baazio & alijs ostendit Consultiss: praeses Diss. Pol: 5  
de Clericis.

2) d. dist. 21. c. 1. Ord. Ec. fol. 74. Ordning om Biskopar  
hvilka på Latijn kallas Superattend.

b) dist. 68. c. corepiscopi c) Reinking: ex Isidoro.

d) Ord. Eccl. fol. 76. Så måste och Biskopen hafva  
sina Provester. &c.

e) Ord. Eccl. f. 62. Om Prester och Predikembetet.

7. Circa electionis ordinationisq; ritum occurrit

Const; Just: haec Quoties opus fuerit ordinari Episcopum, conve-  
niri debere Clericos & primates Civitatis, cui Episcopus ordinandus est, ac de  
tribus personis idoneis decreta, nominationemq; facere; nimirum ut ex  
tribus istis personis ea ordinetur, quam ille qui ordinandi ius habet, praeuleris  
optioremq; iudicaverit: ac quidem eligentes propositis Evangelis,  
& periculo animae suae affirmare debere, se nullo affectu privato, sed quod  
caeteras personas esse idoneas sciant, has elegisse. f) quod ab ord:

Eccl. & moderna praxi non abhorret: ff) Forma v.  
ordinandi electum ibidem traditur. g)

f) Nov. de sanctiss, Episc. 123. §. 1.

ff) Ord. Eccl. fol. 78. Om Biskops Wahl. (Biskop.

g) Ord. Eccl. fol. 79. Sått til at ordinera en wahlb

8. Caterum quae in persona eius qui eligendus cre-  
andusq; est Episcopus requirantur, praeter S. Epist: Di-  
vi Pauli ad Timoth: & alteram ejusdem ad Titum, ubi

docetur Oportere Episcopum irreprehensibilem  
esse, unius Uxoris virum (quod stolidè Pontif:

interpretatur: h) Sobrium, prudentem, justum,  
pudicum, hospitem, &c. i) habemus Const:

in Cod: lectu dignissimam. l) habemus quoq; tres  
Nov: const: enarrantes etiam ex sacrorum Canonum

*Et sacrorum patrum auctoritate specialiter, quae integritas animi, quae scientia & doctrina, quae denique esse debeant cetera illius conditiones* l) Quamquam rigor legum & canonum circa illas qualitates interdum laxatur, propter singularem industriam aliquorum, quibus aetas, ordo, aliaque ejusmodi qualitas deficit: Sed hae juris sunt singulis m) fitque; admissio talium personarum ad praefecturam Ecclesiasticam eo genere extraordinariae electionis quod vocatur *POSTULATIO.* n)

h) C. cum olim De Cler. conjugat.

i) 1. Tim. 3. Titum., 1.

f) L. si quemquam C. De Episc. & Cler.

l) Nov. Quom., opt. Episc. 6, add: Nov. 123, & 137.

m) dist. 61, can. statuimus.

n) Tit. Decret. De postul. praelat.

9. *Officium ordinati Episcopi consistit partim in ordinatione Clericorum, in quibus recta fides & honesta probaque vita testimonium* o) *in primis requiritur; praeterea sacrarum literarum cuprimis eruditio* p) *ceterarumque artium liberalium scientia* q) *Quis n. nescit in Sacerdote, cujus officium est plebem docere & de cujus ore lex DEI exquiritur perfectiorem quam in ostiario & simplici Psalmista desiderari* r) *Aetas insuper stata desideratur* s) *in ordinati: Cler: Et ut non laborent aliquo magno corporis vitio* ss) *Partim in docendo populo, eoque; ad salutem aeternam dirigendo* t) *quod munus privilegiatum est* u) *nullique compressis praeterquam Episcopo, & illis quos*

*ipse*



ipse & idoneos ad officium praevis examine, itemq;  
ordinatione & institutione, instituit g) Partim in  
correctione delinquentium, jurisdictione Ecclesi-  
astica & censura cujuscunq; peccati, Qui & Magistra-  
tum secularem temere suam jurisdictionem denegantem, aliterq; iniuriam  
facientem, poenis & coercitionibus Ecclesiasticis terrere possint. (v) Sic  
Theodosius ad publicam poenitentiam, deposita purpura, omniq; regio orna-  
tu, peragendam, adactus fuit. (w) Partim in administra-  
tione rerum Ecclesiasticarum corporalium:  
templi, Coemiterij. x) Nec tantum in superscriptis  
consistit Episcopi officium, sed latissime extenditur ad  
quascunq; causas pias; redemptionem captivo-  
rum. y) alimoniam pauperum & eleemosinam. z)  
vel similes.

o) Gratian. dist. 81. & 83. & 90. Nov. 6. §. hæc autem.

p) Grat. dist. 36. & 38. d. N. & f.

q) dist. 27. c. si quis artem, & passim.

r) dist. 4. c. Si lector.

s) Clement. ult. de ætate & qual. præficiend.

ff) Grat. dist. 55. & 56. & Tit. Dec. de fil. præsb. &  
tit. de corp. vitiat.

o) C. cum inter cæc. 11. de off. ordin.

e) C. Quod DEI timor, 5. de st. monach.

u) d. c. quod Dei tim.

v) C. Ex transmissa, c. cum sit, e. licet, e. ex tenore  
De foro competen.

w) c. cum autem xi. q. 3. x) c. Episc. & passim xii. q. 1.

y) §. 8. inst. de R. divis.

z) d. c. Episc. xii. q. 2. d. Nov. 123. §. interdiciamus.

10. Post Antistites apud Pont: sequuntur alij Cle-  
rics

rici, quorum Ordines numerantur ab infimo ad summū,  
 Ostiarjus, Lector, Exorcista, Acolyti, Hypodiaconi,  
 Diaconi atq; Presbyteri &) hi tres supremi dicuntur  
 Majores reliqui minores &) quorū officiū cōm:  
 cum nost. Cler: pertinet ad Liturgiā seu missam celebrandam  
 &) Sacraq; ministeria, decantationes laudum DEI,  
 preces, Litanias, supplicationesq; solemnes collationem  
 baptismatis & Eucharistiæ, celebrationes festorum dierum,  
 sepulturam mortuorum, piorumq; officiorum doctrinam  
 & quascunq; operationes alias ad cultum Divinum,  
 religionem, pietatem, & animæ salutem pertinentes.

2) e. i. §. generaliter, & c. Cleros dist. 21.

3) Not. dist. 32. & c. i. de Clericis conjug.

4) Huc pertin. ex Ord. Eccl. Ordnungen medh Messone/  
 medh almenligha böner/ om Litanien/ Ordnung  
 medh helgedagar & c.

22. Regulares qui etiam Religiosi dicuntur speciali  
 alicui Regula vivendi præter cōmunem aliorum Christianorum  
 morem adscripti sunt, adeoq; sub certa & probabili Regula,  
 quales Divi Francisci, D. Dominici & c. ad tria vota; paupertatis  
 scilicet. Castitatis & Obedientiæ se obstrinxerunt; Hac enim tria  
 quæ singulis religionem ingredientibus, seu profitentibus,  
 voventur, ut retundantur Superbia, avaritia & libido,  
 quæ pestes sunt animorum præcipuæ, & sanctitati religiosa  
 vita maximè adversantes Nec ejusmodi



non duntaxat sunt Monachi (quibus olim præfuit Archimandrita qui nunc Abbas b dicitur) & Moniales qui cunctarum possessionum propriarum incapaces sunt; c à solitudine Claustrici cui se addixerunt nomen sortiti; Sed etiam Anachoretæ & Hesychasta d) nec non Eremitæ, qui ll. Cœnobiorum non tenentur, imo proprium possidere possunt nisi se aliter voto obstrinxerunt: e) similiter Franciscani, & reliqui fratres medicantes, & illi, quos Patres societatis Iesu appellamus, communi nomine Regularium comprehenduntur, à regulis votisq; certis quib<sup>9</sup> subiiciuntur: quorum numero sunt etiam Milites Melitenses, Teutonici &c.

2) c. ad monasterium & pal. de stat. monach. Clem. i. Eod. tit.

b) L. reddentes C. de sum. trin. & fid. cath.

c) d. c. ad monast. d) Nov. 5. 6. cogitandum v.

e) c. prælatum XIX. 9. q. 3. Gloss: & Dd. ad c. qui vero XVI. q. ii.

12. Præter Clericos & Religiosos, sunt alij plebei quidem, sed quoniam Ecclesiæ, Religioniq; aliqua ex parte seruiunt, annumerandi sunt personis f. Sacri, quales sunt Oeconomi Ecclesiarum qui dispensationem bonorum Ecclesiasticorum sub Episcopis habuerunt, f) Chimeliarchæ vel Sacristæ ff) Xenodochi, Nosocomi, prochorophi & aliorum venerabilium locorum gubernatores. g) Etenim ædes illæ hospitales in quibus foventur egeni, debiles, peregrini pupilli, leprosi, sunt loca religionis non quidem eo sensu, quo Scholæ, Canobia & Monasteria, sed secundum

generaliorē vocis Religionis significatiōem pro  
quocūq; genere pietatis: & cura eorum non secus  
quam ecclesiarum ad Episcopum spectat. h) quibus  
affinitate officij adiungi possunt Syndici i) Aeditui,  
Custodes Templorum. k) Parabolani l) lecticarij m)  
& similes.

f) Nov. 123, §, Oeconomof.

ff) c, perlectis, §, ad Thesaurarium 25. dist, apud Grat.  
& tit. Decret, de off, Sacristæ.

g) d, §, Oeconomos a.

h) c, 3, & pass, de relig, domibus.

i) Tit, Decret, de Syndico. k) t, Decret: de off, cust.

l) L. placet & l, seq. C. de Episc: & Cler.

m) l. 4. l. qui sub prætectu e. de Sacrosanct, Eccl.

83. Tractationem personarum sequi solet in iure  
tractatio RERUM n) quarum summa hæc est Divisio  
quod aut sunt Corporales aut Incorporales:  
o) Inter corporales refertur Ecclesia sive Tem-  
plum, quod erectum perfectumq; DEo ab Episcopo  
dedicatur, p) Ante dedicationem v. Dos sufficiens in  
mobilibus vel immobilibus consistens. pro alimentis  
ministrorum & conservatione ædificij assignanda erit  
q) & qui locum aliter sacrari fecit, eum dotare cogi.  
r) Ac tantopere curatum est locis sacris dotem congru-  
am non deesse, ut qui Ecclesiæ solum donaverit, eam  
ædificavit aut suis opibus non parum dotaverit,  
quævis laicus sit; æquitati congruebat aliquid tri-  
bui, quod pietatis ipsius & benevolentie perpetuum  
foret



foret monumentum. Desinit quidem ille Dominus esse rerum DEo Dedicatarum: quapropter patroni nomine sortitus est. Cui præter egregium locum in æde sacra & alimenta ex proventibus ecclesiæ urgente necessitate, hoc porro ei ejusq; heredibus competit, ut nominare, præsentareq; Clericum possit ei Ecclesiæ ministraturum ut si ab Episcopo cui offertur idoneus probetur, ei Ecclesia sive beneficium conferatur. f)

n) Inst. de R. Divis. in pr. o) arg. tit. 2. lib. 2. Inst. impr.

p) c. omnes Basili: dist. 1. & tit. Decret. de cons.

q) c. placuit, 1. q. 2. & c. nemo de cons. (Eccl. sive alt.

r) c. cum sicut De consecrat. Eccl. vel alt.

f) c. Ex insinuatione. c. nobis & passim & J. patron.

Grat. c. xvi. q. 7. passim.

14. In ejusmodi Ecclesijs ritè consecratis perpédendæ sunt Res, primum *vere spirituales* ut est *verbum DËI*, de cujus promulgatione supra ff) Et *Sacramenta*; quæ 7. à Pontif. numerantur, Baptismus, confirmatio, Eucharistia, pœnitentia, extrema unctio, matrim: & Ordo t) *Nobis, cum antiquâ Ecclesiâ*; *autb. S. S. bina sufficiunt, quorû Baptismus primû locum obtinet veluti Janua & fundamentum Christianismi* u) *Alterum, Sacramentum Eucharistiæ vel Sacra communio, quia corporis & sanguinis Christi communicatio est, à quâ nemo regulariter rejci debet* v)

ff) Th. 9.

t) dist. 68. c. 1. 2. & 3. c. et si illa 23. §. breviter, cum 2. seq. 1. q. 7.

u) c. veniam de presbyt. non baptiz. non minist. c. cum itaq; de consecrat. 4. dist. O, Eccl: *Qm Dôpel*

scilicet, 14.

B 2

v) C.

v) C. non prohibeat de consec. dist. 2. c. 2. de off. Jud. ord. Ord. Eccl: Om HERNANUS Natward.

15. *Eucharistia inseruiunt res quædam Corporales veluti alteria, Calices, vestes, patenæ, cæteraq; eiusmodi sacrorum ministeriorum suppellex. w)*

w) dist. 7. c. vasa de consecrat. c. calix ibid.

16. *Rebus Ecclesiasticis annumeratur insuper Coemiterium i.e. locus sepulchris destinatus, quod in magna veneratione habendum & apud Ecclesias extruendum x) Impetratâ in primis veniâ Episcopi. y)*

x) c. 2. ext. de sepult. c. non æstimemus in. fin. c. cum gravia 13. q. 2.

y) c. adhæc de Relig. Domib.

17. *Sacris rebus similes sunt Monasteria; illi Episcopo subiecta, in cuius Diœcesi sunt sita, sicut & omnes Ecclesiæ ejusdem Diœcesis; z) Scholæ a) Xenodochia, Nosocomia, & alia venerabilia loca, quorum Cura ad Episcopos spectat. â)*

z) c. quidam & seq. c. monast. 18. q. 2.

â) Ord. Eccl. fol. 81. Om Scholar.

ã) c. 1. & 4. Extrav. 2. de Relig. dom. Adde Ordin. Eccl: f. 92. Om Hospitaler och Siukstufwor.

18. *Sunt insuper aliæ res non quidem sacre, sed tamen Sacrorum officiorum, & illorum qui illa obeunt, gratia, institutæ ac comparatæ, in jure ferme consistentes, tales sunt Oblationes, d) Primitiæ, e) Decimæ f) Paschalia, pecunia consecrationis conjugum,*



Introduktionis puerperarum, Pro officio sepulturae, A) Præbendæ B) Ceteraq; bujusmodi possessiones Ecclesiarum, domuum piarum & jura Sacerdotum. Qualiter autem inter se Clerici defuncti heredes & succesorem dividantur fructus beneficiorum Ecclesiasticorum ejus anni quo Clericus mortuus est tractat Ord: Eccles: C)

d) Can: Clerici. Cauf, 13. q. 2.

e) Deut: 6. Num: 18. Exod. 25. ad primitiarum oblationem nos non obligamur.,

f) tt. decret, de Decimis, oblat. & primitijs.

A) Ordinant: Ecc.: fol, 73. &c.

B) c, si quis dator. c, ex multis, §, const, 1, q, 3.

C) Fol: 72. Ordning om Rântan i Prestestiffte

19. Acquiritur præterea Ecclesie donatione tam inter vivos; quam mortis causa, deficientibus quamvis solennitatibus quæ in testamento pagano desiderantur D) Usucapione, Emptione, Emphyteu- si, & Ceteris dominij ac quasi dominij acquirendi legitimis modis; hominibus etiam decedentibus intestatis. Constitutum enim est, si Clericus sine testamento, & legitimis successoribus è vitâ migret, ut Ecclesia cui adscriptus est, in bona ejus succedat; E) non quidem ut heres, sed tantum in bona vacantia, concesso Ecclesia hæc in parte jure fisci. F) Et quidem his & similibus modis facultates piorum locorum augentur, (qua temerè & absq; necessitate ff) non di-

*strahenda*) Ac quanta fuerit olim liberalitas principum & piorum hominum in Ecclesias, apparet ex donatione Constantini, (S) quæ quatenus facta, & si facta, num iusta fuerit, haud incompetenter disquiritur: & passim ex annalibus Ecclesiasticis.

D) C. relatum II. Extrav; de testam.

E) Nov, 13, §, interdicimus a. v. ult. I, si quis presbyter, & Auth, licentiam, C, de Episc, & Cler.

F) arg, tt, C. de hereditat: decur, navicul, &c.

ff) tt, Extrav, in 6, & Clement, de reb, Eccl, non alien.

G) c, Constantinus, & c. futuram XII. q. 1.

20. *Rebus incorporalibus etiam annumerantur Delicta & Crimina, quæ de J. Can: vel Divinam Majestatem offendunt, vel læsionem seu damnum proximo afferunt; prioris generis sunt Simonia H) hæresis, I) Apostasia K) Blasphemia L) Divinatio M) Schisma N) perjurium O) &c. Posterioris Homicidium D) stuprum P) Furtum Q) Crimen falsi R) usura s) injuria, damnum culpâ vel dolo datum, &c.*

H) tt, Decretal: de simonia et ne aliquid per spirit.

I) tt, Decret, de hæret: (exigatur.

K) t, Dec: de Apostatis & reiterantibus Baptism.

L) t, de Maledicis

M) tit, Decret, de sortilegis & in dec: caus, 26, q. 1, 2, 3, 4 & 5, & Canon. Non licet 26: quæst, 1. 2.

N) tt, de Schismaticis.

O) Covar: in epit: 4. lib; decret: par: 2. c. 6. n. 10.

P) t, de Homicidio volunt; & casual: in Decretal,

Q) tt.



**P)** tt. de adulterijs & stupro.

**Q)** t. de furtis.

**R)** tt. de Crim: falsi (f) tt. de Usuris

Hæc de personis ac rebus.

21. *Judiciū Ecclesiasticum est quod coram judice Ecclesiastico agatur* ff) Cui omnis sanguinis Pœna est interdicta, imo ulli judicio sanguinis interesse illis vetitum est §) *de rebus Ecclesiasticis & spiritualibus*, veluti de nuptijs tam contrahendis quàm dissolvendis §) *de beneficijs Ecclesiasticis*, de materia itidem peccati & ubi animæ periculum subest; de materijs itidem pijs causas concernentibus.

ff) c. 10. Ring: b. Leetman dōmi öfwer the saker som ey mā Klārka.

o) C. clericose, sententiam.: Ne Clerici vel Monach. secul negot. se im misc.

§) c. 3. c. de illa 6. de Divort: c. secul: 33. q. 2. l. 5. C. de Nup. Ordin. Eccl: Om Echtenkap f. 51. &

22. *Actio adversus Clericos itaq; movenda est coram Episcopo, ut is celeriter, & sine sumptu, & veluti de plano litem finiat; Bryter Klerker widdh Leetman hvarihanda saak thet hålst dr/ tā ågher Leetman falla klerker för sin förman; u) ac demum nolente aut nequieunte judicare Episcopo lis apud secularem judicem agenda.* Quod si criminalis sit causa magistratus secularis animadvertit; verum ut non ante supplicium de damnato Clerico (cui inter-

fuit

fuit ut sanctius quam Laici B) in multis se gereret) sumeretur, quam is esset de gradu Ecclesiastico ab Antistite suo dejectus: Atq; id ita si crimen esset commune, veluti adulterium, homicidium. Sin vero Ecclesiasticum esset crimen, veluti blasphemia, ambitus simoniacus, arbitrum ejus esse solam Episcopum. B)

1) c. 20, Xyrf: Val: quod tamen jure novo ex parte antiquatum conf: Reesf: Arosiens.

B) Tit Decretal: de vita & honest: Cler.

B) Nov: ut clerici apud proprios Episc. 83. Auh: Clericus c. de Episc. & Cler.

23. Poena, quae sententiâ Ecclesiastici Magistratus irrogantur, sunt; Rejection à Sacerdotio vel ad tempus, vel in perpetuum; K) illa suspensio à Divinis, hæc depositio, àici consuevit Q) quae etiam solenniter institui solet, puta caremonijs, quae in ordinibus solent adhiberi in contrarium actis, & rerum ademptione quae extrinsecus illic traduntur, quae ex auctoritate appellatur degradatio S) Interdictio sacrorum officiorum ob justas causas pluribus personis & locis certis, ne administrent aliqua Sacramenta, A) aut celebrent Divina, A) donec satisfecerint imperatis; injungitur. Et Excommunicatio quae nervus est præcipuus Ecclesiasticae disciplinae, estq; duplex Minor quae duntaxat à communione participationeq; Sacramentorum excludit, D) Major autem quae penitus à



*Christianorum communione, vocatur aliàs anathema  
 & anathematismus; i) gravissima sanè pena, sobriè  
 id. q. & ferè non nisi deficientibus alijs remedijs in ali-  
 quem ex monitu Concilij Tridentini, statuenda: ij) No-  
 tandum tamen venit, quoties ea infertur, non pro-  
 pterea fieri, ut quis pereat, verum ut poenitentiã  
 ductus resipiscat, quòd simulatq; accidit absolvi-  
 tur. 2)*

x) c. presbyter. II. q. 4. c. si quis vid. dist. 50.

y) c. ac si Cleri: De off. Ordin.

z) c. Novimus, De verb. signif. & e. 2. De poen: in 6.

2) c. Irrefragibili, p. ceterum De off: ord.

3) c. Si sententiam De sent: excom: in 6:

6) c. ult. De Cler. min. j) c. penult; De sent: Excommunic. Ord. Eccl.

Om band f. 33.

ij) scil. 25, e. 3.

2) c. inter hæc xxxii. q. 2. Ord. Eccl. Om vppenbaer schrift. f. 29.

24. *Reliqua pena, quæ de jure Canon: Rom: in-  
 fliguntur, sunt jejunium, victus tenuior, infamia,  
 exilium & similes B) Detrusio itidem in monaste-  
 rium, quæ est velut relegatio quædam C) Cancer in-  
 super perpetuus. D)*

B) dist. 35. c. ante omnia. dist. 92. c. prsebyter. c. 1. De calumniatoribus.

C) dist. 50. c. si Episcopus, & passim alibi.

D) c. Quamvis, De poen. in 6.

Hæc sunt, quæ hæc vice de jure Sacro scripta esse  
 volui, non quòd non pluribus fieri, & potuerit & debue-  
 rit, sed pro ratione instituti & eorum quibus thesum in-  
 spectio obtingat, ne tædio afficiantur, prolixitatis caus: :  
 Quæ verò attuli, existimo continere summam, eorum  
 omnium quæ in corpore Juris canonici continètur.

M O N I T U M.

JN Lectione J. Can. deletus adhibendus est; Non  
 J pauca alioqui bona in hoc ipso opere occurrunt. E. G.

Angelos colere, seu religioſe invocare hæreſin eſſe. c. *xxiiii. q. 3.* Item jurandum non eſſe per creaturas. *xxii. q. 1.* Item ſolum Chriſtum dimittere peccata, *Rubri de Conſec. diſt. 4. c. Nemo &c.* Nec tn. caret paſſim falſis, ineptis & ridiculis aſſertionibus, quæ à veris juris Can. principijs ac fundamentis ſunt alieniſſimæ. v. c. Petro æternæ vitæ Clauigero Chriſtus terreni ſimul ac cœleſtis imperij jura commiſit *Diſt. 22. c. 1. & 2. & c. 1. in Extrav. de Major: & Obed.* Nuptiæ prohibitiæ ſunt uſq; ad quintum gradum excluſivè, qui quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis. *c. non debet de conſang.* Nuptiæ prohibitiæ ſunt uſq; ad ſeptimum gradum excluſivè. *c. de affinitate, c. nullum. c. progen. c. de conſang. xxxv. q. 3.* quoniã ſex ætatibus finitur mundi generatio, *c. conſang. xxxv. q. 4.* Sed has & ſimiles facetias ſive ineptiaſum didicit Papa, vicarij iſte Chriſti, ab antecellore ſuo Petro.

*Coronidis loco ex c. inter 20. de Sponſali ( Ubi Clemens III, publicas mulieres de lupanari extrahendas & in Uxores ducendas eſſe ſuadet; addit à ratione, quia non minimum Charitatis eſt op<sup>o</sup> errantem ab erroris ſui ſemita revocare ) Sic in gratiam ac favorem pontif. ex propria ipſorum doctrina infero.*

Quicunq; bona opera præ cæteris exercere debent, & errantes ab errore ſuo revocare, iis etiã unicè incumbit, ut proſtituta iſta de lupanari extrahant, cumq; iis matrimonium ineant. At Pontif. hoc incumbit. E. Quod uſ faciant, ipſiq; proficiat in remiſſionè peccatorum, vovere omnes quibus Lutheri dogmata curæ ſunt, ac cordi, nullus dubito.

LAUS TRI--UNI DEO.

